



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 25.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 24.

Nemo potest duobus Dominis seruire: aut enim unum odio habebit, & alterum diligit: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mammoni.

QVÆSTIO I.

An nemo seruire duobus Dominis possit?

§. 1. **T**VM fieri non potest, cum eorum contraria sunt imperia, qualia sunt mundi, & Christi. Auctor Reg. breu. Reg. 2. c. 1. *ὁ ἀδύνατος ὑποτάσσεται τῷ θεῷ*. Impossibile est seruire Deo, eum, qui alienus à pietate negotiis miscetur. Non omne negotium, sed à pietate alienum, quo cum ipsa consistere pietas non potest, repudiat. Et Reg. 47. c. 4. N. miam etiam animo diuisionem reprehendit: qua, etsi mala negotia non sine, nimium tamen animam tenaciter affixam tenent.

§. 2. Egregium hoc loco argumentum suppediatur Catholicis: nō posse videlicet, si ne operibus constare iustitiam, nec etiam sine operum bonorum certitudine, fiduciam. Inter Deum, & nostras cupiditates partiri non possumus. Christus fieri posse negat, ut quisquam Deo simul, & carni suæ obtemperet. Non ergo Deo seruit, si quis carni obtemperet. Si quis se diuitiis in seruitutem tradit, à Deo se emancipare necesse est. Non ergo ille certus est, se Deo esse, se iustum esse. Patentur ore se Deum colere, sed affectu negant. Hac igitur ex conditione pender Dei seruitus, ut dimidium cordis non tradatur diabolo. Hinc auaros, voluptuosos, crapule deditos, libidinosos, crudeles Calvinus negat Deo seruire. Quasi vero possibile sit ex parte eos seruire Deo, quos ex professo contra eum bellare patet. Quid igitur de Calvinianis peccantibus dicemus? Eos insigni priuilegio eorum Patriarcha donat, quod an in cælo ratum habendum sit, ad dubitatem merito possunt. [Etiā, inquit, subinde retrahuntur viciis cupiditatibus; quia tamen gemunt, si dissipulent, inuiti, & reluctantes carni seruiant, non dicuntur duobus Dominis seruire: Quia perinde probantur studia eorum, & conatus Domino, ac si integram illi obedientiam præstarent.] Cum diuinitatem, & gementes carni seruire, more suo intelligendū est: non enim subitis motus, qui improviso rationem & voluntatem antevertunt, designat, sed rapinas, adulterias, cades, aliaque, crimina quibus commisit iustitiam non amittunt, quia volentes, nolentes faciunt, ideo Deus perinde conatum nolendi qui adheret actui volendi probat, ac si factum, quod patrat, facere noluisse. V. g. statuit deliberatā voluntate amicum per nefas occidere; displicet sibi tamen, & cum decernit animo, & cum peragit manu scelus, gemit ille quidem, sed vult tamen, & facit. Nec tamen Calvinus iudice duobus Dominis seruit: Sed conatum eius, quo velle nolle, quod facere vult, perinde habet, ac si integram obedientiam præstaret. Quo dici nequius omnino nihil potest.

§. 3. Exemplo vnico vtiur, ita tamen in omnibus idem valere oporteat. *μαμωνᾶ* significat diuitias, & *μαμωνᾶ* mammona, sic quasi de persona, aut idolo loquitur Dominus. Credo apud Syros, vti apud Græcos *μαμωνᾶ*, diuitiarum Deus erat, aliquem Mercurium

fuisse, Syri tamen scribunt *ממוןא* simplice *מ*. mammona. Luc. 16. 11. dicitur *μαμωνᾶς*: & *μαμωνᾶς*, hoc loco est ab *מאן* formare solent, quod diuitias firmitatem esse à bitrentur. Mihi verisimilius videtur vel à *מאן* dici cum repetitione prioris literæ. Est vero *מאן* man, vel mæna, numerare, computare. 1. Reg. 13. Hinc *מנין* Minin. & *מאנא* man, nimmus, pondus, mina. Vel certe à *מאן* constituere, præficere. Inde *מאנא* & *מאנא* memanna & memanna præpositus, præfectus, 1. Reg. 22. & 4. Reg. 19. & 25. & 4. Reg. 12. vt Mammon sit vel *מאנא*, vel præfectus, & Dominus, cui seruitur.

VERSUS 25.

Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestre quid manducetis neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est, quam esca: & corpus plus quam vestimentum?

QVÆSTIO I.

Quæ sollicitudo prohibeatur?

§. 1. **V**ariis argumentis rerum humanarum sollicitudinem excutere Christus contendit. Primum ratiocinatur à Dei potentia & liberalitate, qua vitam dedit, cur non ab eodem vitæ subsidia sperarentur? Ne igitur solliciti sitis animæ vestre, sed pro anima vestra, nolite Græcæ dictionis proprietatem retinuit, *μη μεριμνήτε τῆ ψυχῆ ὑμῶν*. Animam porro more Hebræo pro vita posuit. Si corpus dedit, quomodo negabit vestimenta?

Recte hinc auctor Reg. breuior. Reg. 47. cap. 4. concludit, *ὅτι οὐ δὲι μεριμνᾶν τῆς ἰδίας βίτης ἡμεῖς, οὐδὲ τῆς ὑπομυστῆς ἡμεῖς τὴν παροῦσαν ζωὴν ἐπὶ τῇ γῆν, ἀλλὰ τῷ θεῷ ἀποδιδόναι τὰ κατὰ ἐαυτοὺς*. Non oportere sollicitum esse, propriæ indigentiae causa, neque in illis quæ preparata sunt, sperare: sed Deo tribuere, quæ illi debentur.

§. 2. Massadiani hinc concluderant, non esse laborandum, semper vero orandum. Epiph. hæc. 80. Bell. l. 2. de Monachis, c. 41. Verum grauius etiam abant quos ipse Apostolus confutat, & scripti, & facti.

Non ergo qualibet cura prohibetur: nam alibi præcipitur Rom. 2. 1. Tim. 5. Christus oculos habuit, sed triplex omnino sollicitudo.

Prima quæ est cum diffidentia, altera quæ nimium occupat, & Spiritus libertatem impedit, Tertia quæ cura cunctum suæ industriæ & labori attribuit. Hæc in cibo patitur.

& potu est, & vestimento. In Græco additur, *ἢ τῷ πίνειν*, & quid bibetis? Hic sollicitudo, quæ est ægritudo cum cogitatione reprehenditur. Quæ animi serenitatem, & in Deum confidentiam imminuit, propriæ est ægritudo, quia animi dolorem adiungit in habet.

§. 3. An hoc loco ordinis religiosi recte vtiuntur Religiosi ad mendicantem suam tuendam? Negat Beza, sed pauperum statum quæstionis euerit, querit enim, an ociosi veniant hoc dicto se tueri possint? Quæ de re nulli est dubitatio, ocium enim, & torporem Christus semper anteponit, damnauit. at vero omnium rerum desertionem, & paupertatem suasit: non vt ocio, & ignauia torperent; Sed vt continuo meditando, orando, placendo labore Ecclesiæ commodis inuigilarent, cum vero diuitiarum cupiditas, spirituales exercitationes vehementer impediatur: magnopere laudandi sunt, qui ne vlla sentiant ab his auocamenta, omnia simul deseruere, & cibo à fidelibus donato parcissime viuantes famem sustinent.

VERSUS